

Psalmus responsorius

Ps 144, 2-3. 8-9. 17-18 (R̄.: 18a)

R̄. Prope est Dóminus invocántibus eum.

² Per síngulos dies benedícam tibi
et laudábo nomen tuum
in sáeculum et in sáeculum sáeculi.

³ Magnus Dóminus et laudábilis nimis,
et magnitúdinis eius non est investigátio. R̄.

⁸ Miserátor et miséricors Dóminus,
longánimis et multæ misericórdiæ.

⁹ Suávis Dóminus univérsis,
et miseratiónes eius super ómnia ópera eius. R̄.

¹⁷ Istus Dóminus in ómnibus viis suis
et sanctus in ómnibus opéribus suis.

¹⁸ Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum,
ómnibus invocántibus eum in veritáte. R̄.